



44

Handwritten text on the right edge of the page, partially visible.

angels. 22

Disputatio vicesima quarta

DE PIGNORIBVS
ET HYPOTHECIS

Ex lib. 20. Digest. deprompta

Quam

D. O. M. A.

SVB PRAESIDIO

CLARISSIMI ET CONSULTIS-
SIMI VIRI D. PAULI GRASECCII, I. V. D.
Ac Professoris in celebri Argentoratensium
Academia ordinarij, defendere
conabitur.

M. ZACHARIAS BICCIUS
Budissinus.

in diem 28. Nouembris, hora & loco consueta



Argentorati, Excudebat Antonius Bertramus.
cl. b. xciv.



CLARISSIMO ET CONSVLTIS-
tissimo Viro.

DOMINO HIERONYMO
Treutlero.

IVRIS VTRIVSQUE DOCTORI
Celeberrimo, ac Inclytæ Reipub Budissinensis
Syndico Dignissimo.

Domino Fautori suo, plurima obseruantia
colendo.

Hanc de pignoribus & Hypothecis disputatio-
nem dedicat ac offert.

Respondens

M. ZACHARIAS BICCIUS
Budissinus. L.

DE PIGNORIBVS ET HY- pothecis.

Thesis prima.

Postquam hucusq; contractus principales, cum actio-
nibus inde nascentibus sunt expositi: sequuntur deinceps ea, qua con-
tractibus, tanquam accessoria adiungi solent. argument. l. 4. & 5. ff. de
pign. l. 2. §. 5. l. 3. §. 5. C. de iure veteri enu. Gloss. Acc. VVesemb. in
par ad h. t. Continua
tio.

2 Ea autem pertinent, aut ad securitatem contractus, vt pignora,
a aut ad implementum, vt adilitium edictum, euictio, usura, b. aut ad
probationes, vt testes & instrumenta. c. de quibus singulis ordine viden-
dum. a) l. legata §. vlt. ff. de supp. legata l. plus 25. ff. R. I. l. 1. §. iubet
ff. de coll. b. l. 1. & 2. De Aedil. edict. l. si dictum 56. ff. de euict. l. Iulia-
nus 13. §. ex vendito de act. emt. c. l. in exercendis 15. C. de fide instru.
caut. & fid.

3 Et quidem primò de pignoribus, quorum nomen latè patet, nam ἐτρομορ.
quandoq; usurpatur pro re obligata, a. nonnunquam pro ipsa obligatio-
ne, b. interdum pro conuentione, ex qua hac obligatio descendit c. a)
t. t. ff. & C. de distr. pign. §. 7. vers. nam pign. Instit. de act. l. 6. §. ff.
l. 8 §. 4. & 5. ff. de pignoratic. act. b) t. t. ff. & C. Quib. mod. pig. vel
hyp. solu: c) l. 1. §. vlt. ff. de pactis.

4 Et ita pignoris vocabulum generale est, & sub se pignus in specie,
& hypothecam complectitur. l. 3. §. est autem ff. ad exhibendum. l. cum
res 5. C. si aliena res pig.

5 Nec quicquam differunt pignus & hypotheca, si actionem spe-
ctes hypothecariam, qua intentatur in quemuis possessorem, siue de pi-
gnore, siue hypotheca quaestio sit, a. Discrepant solo nominis sono b. cum
pignus à pugno dictum, c. rem manu traditam d. hypotheca verò rem
non traditam, e. significet, a) §. item Seruiana vers. inter pign. Instit.
de act. b) l. 5. §. 1. ff. de pign. c) l. plebs 238. §. pignus ff. de V. S. d) Dd.
ad l. 9. §. 2. ff. de pign. act. & d. l. plebs V. S. e) dd modo h.

6 Hanc Dd. vocant pignus improprium, quia conuentione nuda per-
ficitur, l. 1. ff. de pign. act. d.

- Quaest. 7 In qua tamen, rem certam esse oportet: licet Bart: & Abbas aliter sentiant l. 3. & 10. C. h. t. l. 36. in pr. et. f. h. Cuiac. par. quibus caus. pig. tac cont.
- Quaest. 8 Et quidem contra propriè dictum pignus, praescriptio non currit: At benè contra improprium argumento. l. 1. §. 15. ff. de acquir. poss. l. 1. & 2. C. si aduers. vend. l. 7. C. de praescript. 30. annor.
- Quaest. 9 Controuertitur etiam hoc loco inter Dd. vtrum statutum loquens de pignore, locum etiam habeat in hypotheca? Nos affirmatiua sententia subscribimus.
- Definitio. 10 Generaliter igitur pignus appellari possunt, res omnes, corporales & incorporales, mobiles & immobiles, quae vel in bonis creditoris, vel ex bonis eius, vt seruitutes, uomina, pignora, quae pignori nectuntur, sunt, a. & in crediti securitatem pro debito obligantur, donec quod debitum est, sit exsolutum b. a) l. si fundus 16 l. si is qui 11. §. vsusfr. cum l. seq. l. grege 13. l. cum tabernam. 34. h. t. b) l. 4. h. t. l. 1. & ibi VVesemb. in par. n. 2. ff. de pig. act.
- Species. 11 Cum autem vel voluntas, vel necessitas pignus introducant, diuidemus illud primò in voluntarium et necessarium. Vtriusq; mentionem facit Iust. l. vlt. C. de Praetorio pigno.
- 12 VOLUNTARIUM est, quod vel vnius, vel duorum voluntate, expresse vel tacite constituitur.
- 13 Expressum est, quod nominatim contractum est, vel verbis inter ter praesentes, vel literis inter absentes l. 2. 3. §. 1. l. pen. §. 1. ff. de pign.
- 14 Vnius voluntate fit in testamento, a. Duorum voluntate in mutua conuentione b. a) l. 4. ff. de separat. b) l. 4. ff. de pign. & hypot.
- 15 Hac conuentio vel generalis est, vel specialis. Generalis est, cum sine vlla notatione rerum, omnes res obligantur, vbi non solum bona praesentia, sed & futura comprehenduntur l. 1. in pr. l. 6. l. 15. §. 1. l. 29. ff. de pign.
- 16 A quibus tamen excipiuntur, quae sita ab herede obligantis, ex alia, quam hereditatis causa, a. & quae non est verisimile, quenquam fuisse specialiter obligaturum b. a) d. l. 29. b) d. l. 6. cum seq. l. vlt. C. quae res pign. obl. poss.
- 17 Specialis conuentio cum res nominatim, vel pars aliqua bonorum pignori datur, siue res illa singularis, vt fundus: siue vniuersalis, vt grex, armentum, taberna l. 1. l. 13. grege l. cum tabernam 34. ff. de pign.

18 Hæc species continet etiam ea, quæ per consequentiam rei oppi- *Quæst.*
gnorata accedunt, ut si quid fundo per alluionem, si nuda proprietati v-
susfr: accreuerit l. 18. §. si nuda ff. de pign. & hypoth.

19 Immo quæ ex re oppignorata nascuntur, atq; proueniunt, ut sunt
partus ancillarum, pecorum foetus, fructus prædiorum l. 29. §. 1. l. 26. §.
ult. h. t. l. fructus 44. ff. de rei vind.

20 Licet in his non statim à tempore conuentionis obligatio subsi-
stat, quia per tacitam obligationem si spenditur, si futura sint, sed tum
demum cum prouenerint. argumento l. 73. ff. de Ver. oblig. & l. 1. ff. de
monst. & oblig.

21 Voluntarium tacitum pignus est, quod tacita & præsumpta con-
trahentium voluntate inducitur l. 1. & tt. ff. in quib. caus. pign. vel hy-
poth. cont.

22 Ut quando Domino, ex præsumptione iuris, a. constituitur pignus *Quæst.*
in rebus Inquilini, tum primi, quam secundi b. iuductis & illatis c. a) l.
eo iure 4. in pr. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. cont. b) d. l. 4.
l. solutum. 11. §. solutam in f. ff. de pign. act. Diss. Lud. Rom. in suis sing.
c) l. 4. in pr ff. de pact.

23 Hoc autem ius tacite hypotheca, tantum locum habet in actione lo- *Quæst.*
cati, a. non in habitatione quæ gratis concessa est, in qua inuecta, nec pro
pensione, nec etiam deterioratione ut alias b. tenentur. c. a. l. 2. ff. in
quibus caus. pign. vel hypoth. tacite cont. b) d. l. 2. n. 88. c. 1. c) l. Pom-
ponius 5. ff. d. t. Diss. Accurs. d. l.

24 Sic in prædijs rusticis, naturales & industriales fructus tacite
domino fundi obligantur. a. Illata verò & inducta, non, nisi expresse
sit conuentum. b. a) l. 53. ff. locat. l. in prædijs. 7. ff. in quibus caus.
pign. vel hypoth. tacit cont. b) d. l. in prædijs d. l. eo iure. 4.

25 Veruntamen expressa hæc conuentio, ad res à secundo colono
inuectas extendi non potest, cum sit personalis: sed noua requiritur l. 24
si in lege §. si colonus ff. locati.

26 Sicut nec omnia inuecta obligantur, sed ex sententia legis & con-
trahentium, illa tantum quæ eo animo inducta sunt, ut in prædijs rusticis
perpetuò ibi sint, a. aut in urbanis prædijs ut tantum ibi sint b. a) l. de-
bitor 32. ff. de pign. b) l. in prædijs §. 1. ff. in quibus caus. pign. vel hypoth.
Diss. communiter interp.

27 Itaq; si ex agro, in domum conductam res meas intuli, metuens *Quæst.*
hostium

hostium incursum, tacite non obligantur, cum non sint inuecta, ut ibi essent, sed ut in villam reportarentur. dd. supra ll.

Questio

Quid si res in praedium urbanum illata, ante praclusionem alienentur, an propterea ut pignoris obligatione existimantur? Et licet communiter interpretes id sentiunt, in l. 4. vers. de pactis. Tamen contrarium nos defendemus l. 12. C. de distr. pign. l. 11. de pignor.

28 Nec referre putamus, hypotheca tacita sit, an expressa, quia leges loquuntur indistincte, & quia ius tacita hypotheca minueretur, ut pote cuius ante praclusionem, nulla esset utilitas Diss. comm. Interpretat.

Quest.

29 Et si autem concedimus, quod vi tacita hypotheca, dominus, non solum res inuectas conscribere, sed & Inquilinum aditu arcere possit: a. Propria tamen auctoritate ingredi aedes, & res illatas pracludere posse dominum, negamus b. a) l. est differentia 9. ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. b) l. cum domini 56. ff. locati l. conductores 34. C. eodem. l. non abs re 10. C. unde vi. Cont. Ias. Zasium Fab. ad S. item. seru. Instit. de Actionib.

Quest.

30 Rebus ita inclusis alienationem earum Zas. Myns. & alij non concedunt Inquilino. Male: quia debitor rem cum suo onere semper alienare potest l. si debitor. 12. C. de distr. pign.

Quest.

31 Nec ita inclusio inuectorum ante biennium iure fit, ita ut expressam hypothecam constituat, idq; siue conductor absuit vel latuit a. siue praesens fuit b. a) l. cum domini 56. ff. locati. b) l. quero 54. S. inter locatorem ff d. t.

Questio.

32 Et quia haec tacita conuentio, oritur ex bona fidei contractu, locatione: Includi possunt inuecta, non solum pro pensione in nummis soluenda, sed etiam pro mercede, quae numero & mensura constat, argumento l. si olei 21. C. locati l. 2. ff. locati l. si vir uxori 5. ff. de don. inter vir. & vx §. 1. Inst. de locatione contra Accurs. in l. 1. S. si quis ser. ff. depositi.

Quest.

33 Ex iam dictis decidi possunt, etiam alia duae quaestiones, satis elegantes, & propè quotidiane. Prima: instrumenta rustica ad agriculturam necessaria, tacite oppignorari, & detineri non posse, licet aliunde etiam probationes assumantur: a. expressa autem conuentione obstringi posse. b. a) l. 6. ff. de pign. l. executores 7. C. quae res pig. oblig. poss. cum Auth. seq. Agricultores & c. b) l. debitor 32. ff. de pign. d. l. executores. Quod tamen verum est, nisi impediatur vel retardetur solutio tributorum.

34 Deinde nec libros quos studiosus, in habitationem conductam in- *Quest.*
tulit tacite pro pensione locationis obligari. *dd. ll. & rationibus.* Et hac
de voluntario pignore, sequitur necessarium.

35 NECESSARIUM est quod necessitate suadente à lege vel præ-
tore seu magistratu constituitur, & ideo in Legitimum & Pratorium
distinguitur.

36 Legitimum est, quod Lex ipsa, etiam inuito domino introducit, cu-
ius voluntatem subesse nonnunquam interpretatur; ita tamen ne hoc pi-
gnus ab eius voluntate pendeat.

37 Et contrahitur quidem, vel respectu personæ ut fisci, pupilli, mi-
norum 25. annis vel contemplatione rei seu causæ de qua quaritur ut
dotis causæ legatorum, insula &c.

38 Fisci ius est, ut statim sui debitoris bona, tam futura, quam præ-
sentia, absq; vlla conuentione sibi pignoris nexu deuinciat *l. Aelianus 10.*
ff. de manum. l. aufertur 46. S. fiscus ff. de iure fisci.

39 Pupillorum & minorum 25. annis ius est, ut tutorum & cura-
torum bona tacite ipsis sint oppignorata *l. pro officio 20. ff. de administ.*
tutor. l. vni: S. & vt plenius C. de rei vxor. act. l. dabimus 19. S. 1. ff. de
rebus auth. iud. poss.

40 At hoc ius, de quo dicimus, ad nullum heredem transit. a. Licet *Quest.*
singulari pupillorum fauore, res, pecunia ipsorum emta ijs teneantur b.
a) *d. l. dabimus l. 3. ff. de rebus ips. qui sub tut. l. pen. C. de seru. pign.*
dat.

41 Secus in rebus emtis pecunia Ecclesie, fisci, militis, quæ suis credi-
toribus non obligantur.

42 Dos ex vtraq; parte tacitam hypothecam obtinet, tam in bonis
mariti pro restitutione dotis, quam in bonis vxoris, eorumq; qui pro ea
spondent: pro eius præstatione vel euictione, *l. 11. S. C. de rei vxor*
actione.

43 Sic legataris fauore vltimarum voluntatum in bonis testatoris, ta-
cita hypotheca & persecutio pignoris concessa est a. quæ tamen hypothe-
ca, contra aliarum naturam inter heredes diuidua est. b. a) *l. 1. & vlt.*
C. comm. de legat. b) l. 1. C. si vni ex pluribus

44 Sic creditoribus, qui domino ad reficiendam insulam succurrerunt,
ex fauore publico adificiorum datum pignus est *Senatus consulto. l. 1. ff.*
quib. caus. pig. vel hyp. tac. l. cum duobus S. idem resp. ff. pro socio.

45 Non

Quaest. 45 Non verò hīs, qui crediderunt ad aliam rem comparandam l. 7. C. de pign. adeò quidem, vt nec si eam paciscendo sibi obstringant, tacitam ob id etiam hypothecam in ea consequantur Cont. Bart. l. interdum s. ff. qui potiores in pign.

46 Praetorium pignus est, quod iussu magistratus constituitur, vel in iudicati causa, vel in his causis, in quib. in poss. mittimur l. 1. C. si in iud. caus. l. non est mirum 26. ff. de pign. act. de quibus latè libro ff. 24.

Qui pignus obligare possunt. 47 CAUSA EFFICIENS pignoris est, aut magistratus, aut lex, aut voluntas de quibus in diuisionibus non nihil dictum est. Ideòq; eius consideratione saltem considerabimus, qui pignus obligare possunt, & quibus obligari possit.

48 Pignus autem constituitur ab eo, in vel ex cuius bonis res pignori neccenda, tempore conuentionis reperitur l. qua pradium 6. C. si aliena res pign.

Quaest. 49 Si creditor pignus suum dare potest pignori, idq; non semel, bis, aut ter: sed etiam decies, centies, aut quoties vsus postulat l. grege. 13. S. cum pignori ff. de t. t. C. si pign. pig. dat. Cont. Specul. & lod. Rom.

50 Et quandiu pignus in eius persona cui primò datum est perseuerat, tamdiu etiam in secundo creditore consistit, vt tam excipere, quam vtiliter experiri queat, quia haec omnia à primo creditore tribuuntur. Ergò etiam secundo, quia ille in hunc omne suum ius transtulit.

51 Planè vnus ex dominis rem communem a. administrator reip. res ciuitatis b. tutores res pupillares mobiles. c. non verò immobiles sine decreto Praetoris d. pignori dare possunt a) l. vn. C. si comm. res pign. b) l. in pr. ff. de pign. c) l. 27. ff. de adm. tut. d) l. tutor 16. ff. de pig. act. l. 1. ff. de rebus eor. qui sub tut. l. 22. C. de adm. tut.

52 Vt autem pupillus res suas sine tutoris auctoritate, a. & filius res patris sine ipsius voluntate: b. Ita & filij familias res peculiares c. quarum dominus & possessor parens est d. frustra obligant a) l. 1. ff. qua res pign. dar. poss. b. d. l. 1. c) l. filiusfam. 93. ff. de Regulis Iuris. d) l. fideiussor 26. S. 1. ff. de pig.

53 Procurator rem domini, citra eius voluntatem pignori dare non potest a. rem suam pro domino potest b. a) l. 1. C. si aliena res pign. b) l. 5. S. vlt. ff. de pign.

54 Mulier pro se dare pignus potest, a. si pro alio dederit, aut alius pro

pro

pro ea, utriusque succurritur. b. a. l. aliquando 13. ff. ad SC. Vellei. b) l. 2.

C. qua res pign. oblig. poss. & l. mulier 11. C. de distr. pig.

Quibus res

55 Constitui pignus ijs solis potest, qui suo nomine ius pignoris acquirunt, cum per liberam personam, pignoris obligatio nec hodie acquiratur, a. Ideoq, res Procuratori vel adiecto oppignorata, nec procuratori, nec domino oppignorata est.

pignori obligari possunt.

b. a) l. solutum 11. S. pen. ff. de pig. act. l. 1. C. per quas person. b) d. l. solutum l. is qui 33. ff. de pignor.

Quaestio.

56 MATERIA in qua pignus constituitur, ut supra quoque monuimus, sunt res omnes, qua pertinent ad obligationem l. 16. S. vlt. & l. seq. ff. de ligari poss. pig. act.

Qua res

57 Contra, si nec in bonis, nec quasi bonis, nec ex bonis sint obligatis, pignori dari non possunt, ideoq, res sacrae, religiosae, res vniuersitatis, res aliena, sua natura pignoris nexum respuunt.

ligari possunt.

58 Nec pignus conualescit, si res sacra in prophanam, aut publica in priuatam, liber in seruum mutetur: quia ea de re fuit pactio interposita, cuius commercium non erat l. inter 83. S. sacr. ff. de Verb. Oblig.

Quaest.

§. 1. Inst. de Inut. stip.

59 Nec liberorum hominum, quibus alieni debiti causa, manus iniiciuntur, oppignorationes, (quas Repressalias vocant) Iure defendi posse existimamus l. vn: C. ut nullus ex vic. pro al. vic. deb. nou. 52.

Quaest.

60 Res vero aliena, sub conditione, si debitoris facta fuerit, recte pignori datur l. si fundus 16. S. alienam ff. de pign.

Quaest.

61 Pure data obligationem prouocit, & actionem pignoratitiam contrariam aduersus debitorem, siue sciens, siue ignorans alienam rem pignori dederit, a. Immo qui sciens dedit, crimine tenetur stellionatus b. a) l. tutor 16. ff. de pig. act. l. 6. C. si aliena res pig. b) d. l. 16. & l. si quis in pig. 36. S. 1. de pig. act.

Quaest.

62 At res aliena pure data pignori non videtur actionem hypothecariam producere, quia data est ab eo cuius non est propria. Rationem reddit l. nemo R. I.

Quaest.

63 Qua sententia vera est, si sciuit esse alienam: vbi tamen ipsi reventio competit: cum in pari causa, melior sit conditio possidentis, l. si non dominus 14. ff. qui pot. in pig.

Quaest.

64 In generali quoque hypotheca, res aliena pignori obligari potest, quia in hanc veniunt omnia, qua sunt in debitoris bonis, etiam qua postea acquiruntur: In speciali vero hypotheca res aliena obligari nequit l. 1. ff. de pig.

Quaest.

65

B 65 Si

65 Si debitor rei alienae oppignoratae dominus si. l. valet pignus ex post facto, non ipso quidem iure, sed ex bono & aequo, ideoque extra ordinem Praetoris iurisdictione, utilis conceditur persecutio, exemplo hypothecariae directae l. cum res C. si aliena res pign. l. rem alienam 41. in pr. ff. de pign. act.

66 Si creditor sciuit esse alienam, retentio ipsi facile datur, a. difficilius vero actio hypothecaria, id est, aegrius & rarius, nec nisi contra debitorem, & eum, qui à debitore post dominij acquisitionem, causam habet, non etiam contra quemvis alium possessorem b. a) l. 1. in f. pr. ff. de pig. b) d. l. 1. l. rem alienam ff. de pig. act. l. nemo R. 1.

Questio.

67 Controversatur quid iuris sit, si dominus rei obligatae succedat debitori, qui rem alienam pignori dedit: Quo casu Modestinus l. 22. si Titio ff. de pig. Paulo in l. 41. rem alie. ff. de pig. act. contradicere videtur: quos accurata casuum distinctione conciliabimus.

68 Ipso iure, non oppignorantur servitutes: & quidem urbanae: nec tuitione Praetoris consistunt, a. Rusticae vero etiam si iure non valeant: à Praetore tamen confirmantur b. a) l. si is qui 11. S. vlt. ff. de pign. b) d. l. 11. S. vlt.

69 Sic nominum quoque pignus ipso iure non subsistit, a. propter utilitatem tamen contrahentium, & id tueri solet Praetor b. a) l. pignoris 17. l. sicut 8. ff. quibus modis pign. vel hyp. solu. b) l. 4. C. quae res pign.

70 Lege non obligantur, praedia, vasa, & vestes Ecclesiae, a. nisi pro redemptione captiuorum, b. fundus dotalis. c. res litigiosa, d. res minorum, e. spes eorum premium, quae pro coronis athleticis pensanda sunt, f. a) l. sancimus 21. C. de sacros. eccl. b) d. l. sancimus, & l. si quis 36. C. d. don. c) t. t. ff. de fundo dotal. d) l. 1. S. vlt. ff. quae res pig. vel hyp. e) l. 1. C. de praedijs, & alijs rebus minorum iure. S. vlt. C. de adm. tut. f) l. spem eorum 5. C. quae res pign. obl.

Forma.

71 FORMA pignoris est ipse modus conventionis & traditionis, vel etiam obligationis inductae, testamento, aut auctoritate, legis & magistratus dd. ll.

Finis.

72 FINIS est, ut creditorem de credito faciamus securum datis pignoribus, quibus tutius est incumbere, quam personae l. plus cautionis 25. R. l.

73 Ut autem dictum est 1b. 1. pignus est principalis obligationis accessio 3

cessio 3

cessio: itaq; contrahitur propter quamvis & cuiusvis generis obligatio. Propter
nem, siue illa ciuilis sit, siue pratoria, siue naturalis tantum l. res hypot. quas res
s. ff. de pign. pignus con

74 Item pro sorte & pro usuris, a & si nihil dictum sit, intelligitur stitui pos-
pro vtriusq; obligatum b. a) l. solutum, ii. S. si in sortem ff. de pign. act. sit.

b) l. Lucius 18. ff. qui pot. in pig.

75 Sic contrahitur quoq; pignus, siue re contracta sit obligatio, vt mu-
tuum, siue consensu, vt emtio & venditio, & c. siue verbis, vt si dos pro-
mittatur. a. pro qua data & restituenda, maritus quoq; res suas obli-
gare solet. b. a) d. l. hypotheca. b) l. quod autem. 7. S. si vxor ff. de
don. int. vir. & vxor.

76 Item, siue obligatio pura sit, siue in diem, siue sub conditione: in
qua tamen pendente conditione, pignus non prius subsistit, quam condi-
tio illa principalis obligationis extiterit. a. cum pignus quod pura, & in
diem obligationi accedit statim subsistat. b. a) d. l. res hypoth. b) S.
Omn. Inst. de Verb. Oblig.

77 Præterea contrahitur pignus, siue præsens obligatio sit, siue præ-
terita, siue futura. d. l. res hypoth.

78 Cum autem pro futura obligatione pignus est contractum, et si
postea obligatio subsequatur, ea non potest ad tempus conuentionis de
pignore introduci, vt sit in obligatione condicionali, quia tunc adhuc nul-
lum pignus erat.

79 Pignore ad eum modum constituto, duplex commodum in eo habet Eff. ctus et
creditor, primum vt rei incumbere, alterum vt eam distrahere possit. commoda

80 Tenet autem creditor rem pignori datam, non possidet, a. licet rei pigno-
iussu magistratus in actione personali, ex primo decreto in possessionem rat.

est missus b. a) l. per. S. creditor ff. qui satisd. cog. b) l. si quis ante i Ut pigno
10 §. 1. versic. deniq; ff. de acqui. poss. ri incum-

81 In personali autem actione ex secundo decreto, & in reali ex primo bere liceat
decreto, à magistratu in possessionem missus statim possidet l. si finita 15,
S. si ante ff. de damn. in fi.

82 Quod si creditor tenet rem mobilem, qua vtendo consumitur, ea
sub pœna furti vti non potest, a. Quia pignus non ad vsum, sed ad securi-
tatem datur, b. a) l. si pign. 54. in pr. ff. de furtis S. furtum Instit. de
oblig. qua ex del. nas. b. S. vlt. Instit. quibus modis re cont. oblig.

83 Si verò prædium detinet, frui quidem eo potest: sed fructus in sortem imputare tenetur l. 1. 2. 3. C. de pign. act. l. si dominum 9. C. de pign. l. 1. C. de distr. pign.

84 Ceterum creditori tenenti rem pignoratitiam, datur exceptio q. Si verò eius possessione excidit, actio. b. a) l. 1. ff. de pign. b) S. item Serviana Inst. de act.

85 Quod si igitur creditor aduersus debitorem agit, tam personalem, quam realem actionem instituere potest l. 14. distractis l. 24. persequutione C. de distr. pign. l. vlt. C. de oblig. & act.

86 Extraneum tamen, nisi reo principali excusso, non rectè conuenit actione hypothecaria Auth. sed hodiè C. de oblig. & act. Auth. hoc ita C. de pign.

2. Vt di. 87 Deinde & ius distrahendi habet creditor, siue in contractu strahere conuenerit, id sibi licere, siue non conuenerit. a. nisi id pacto sibi a pignus li- demerit b. quo casu ter debitorem admonere debet, priusquam distrahat. seat. c. a) l. si conuenit 4. ff. de pign. act. l. 1. C. de pactis. b) d. l. si conuenit c) d. l.

Quest. 88 Et hac trina denunciatio, non minus quam 30. dies complecti debet, argumento l. promissor 21. S. sine ff. de const. pecun. l. id peremptorium 68. cum l. seq. ff. de iud.

89 Et quoniam ius pignoris indiuiduum est a. potest creditor etiam pro minima parte, nondum soluta totum pignus distrahere b. a) l. 6. C. de distr. pign. b) d. l. 6. l. 2. C. deb. vend. pig. Imp. non poss. l. in executione 85. S. penult. ff. de Verb. oblig.

90 Quod si verò plures res specialiter, vel omnes generaliter, pignori sint nexa, si creditoris inter sit omnes distrahere potest: Sin autem ex vna aut altera re totum debitum redigere potest: a. quius est ne reliquas distrahat. Vbi tamè ei electio competit. l. 8. Creditores ff. de distr. pign.

91 Nisi fortè specialis & generalis hypotheca concurrant, & specialis pro debito sufficiat, vbi specialis primò obligata existimatur l. 2. C. de pign. l. quæ specialiter 9. C. de distr. pign.

92 De tempore distractionis hoc sciendum, si inter eos conuenit quando liceat vendere, id esse seruandum, a. Si verò nihil conuenit, distrahendum est pignus, cum debitor in solutione moram facit b. a) l. cum soluendo 4. ff. de distr. pign. b) l. si cessante 7. C. de distr. pign.

93 Tenetur quoq; creditor ante distractionem, rem sibi obligatam pro- scribere.

scribere, & debitori, si licet, testato denunciare l. Creditor 4. & l. qua specialiter 9. de distr. pign.

94 Quod si constituta actione, aut nullus, aut non idoneus emptor reperitur, Creditor in causa iudicati ad licitationem admittitur, & cuiuslibet alterius exemplo emere potest l. 1. & 2. C. si in caut.

95 In pignore vero conventionali, à principe creditor postulare debet, ut pignus sibi dominij iure habere possidere liceat. Quo impetrato adhuc biennium debitori, ad offerendum debitum & pignus reuocandū indulgetur, quo elapso pignus pleno iure creditoris efficitur l. 3. C. in caus. iud. l. debitor 59. ff. SC. Trebell.

66 Quicquid autem ad Creditorem ex re vendita peruenit, id omne debitori ad liberationem proficit, non creditoris lucro cedit l. rescriptum. 12. S. 1. ff. de distr. pign.

97 Vnde etiam si pignus distractum pluris valeat, quam ei debetur debitori reddendum est: quemadmodum si minoris, in reliquum quod deest, actionem contra debitorem saluam habet, quia obligatio persona, ut principalis, non extinguitur, extincta obligatione reali accessoria l. quaesitum 9. ff. de distr. pign. l. 3. C. eod.

98 Immo etiam si pignus sit venditum, & Creditor sine sua culpa precium ab emptore, seruare non possit, manet debitor obligatus. d. l. quaesitum.

99 Si pluribus eadem res sit oppignorata, multum refert, an id simul factum sit, an separatim diuersis temporibus factum sit. Nam si simul factum est, omnes in hypotheca concurrunt. De prelatione creditorum.

100 Concurrunt autem diuersimode: Hypotheca enim datur, ut vel singulis in solidum, vel in partes aequas obstringatur.

101 Et primo quidem casu, si singuli aduersus debitorem vel extraneos agunt, in solidum actione, utuntur, quia in solidum rem habent obligatam.

102 Si vero concurrunt, partes concursu faciunt, quatenus enim concurrunt partes faciunt. Et si inter ipsos mouetur questio, melior est conditio possidentis l. si debitor 10. ff. de pign.

103 Posteriori casu singuli non plus quam dimidiam partem vindicare & possidere possunt d. l. si debitor.

104 Quod si nihil in vtraque parte dictum apparet, verius est ut non in solidum, aut partibus aequis, sed pro quantitate debiti, pignus & vindicare & possidere queant. l. si fundus 16. S. si duo ff. de pign.

105 Si eodem tempore duobus creditoribus eadem pignora in dispari quantitate obligentur: pro modo cuiusque debiti censentur obligata, et si à creditore distracta fuerint singuli pro modo debiti acceptum ferent l. pupilli debitor 96. S. cum cod. temp. ff. de solut.

106 Quod si separatim diuersis temporibus pignus contractum est, is potior habetur, non qui prius credidit: sed qui prius hypothecam accepit, aut qui prior ius pignoris adeptus est l. 2. 3. l. diuersum 8. C. qui potiores in pign.

107 Nec tamen res prius pignori esse cepit, quam deberi cepit. Ideoque si conuenit, ut res sibi pignorat a esset, quo tempore nondum pecuniam credidit, quam tamen credidit post secundum, huic non praefertur, sed posterior est l. potior 11. ff. qui potiores in pig.

108 Sed quae modo dicta sunt de trita iuris regula: Qui prior est tempore, potior est iure: ea locum non habet, primo in Fisco, qui omnibus Chirographarijs creditoribus, etiam anterioribus, in contractibus, & onerosis causis praefertur. a. licet in poenis ijs postponatur b. a) l. 2. C. de priuileg. fisci b) l. vlt. C. de iure deliberand. l. 33. R. I.

Quaest.

109 Deinde mulier in persecutione dotis, eius uè augmenti, omnibus creditoribus Chirographarijs & hypothecarijs. a. prioribus & posterioribus, tam expressam, quam tacitam hypothecam habentibus, praefertur. b. a) l. assiduis 12. C. qui potiores in pig. b) d. l. assiduis l. quaesitum 17. S. vlt. cum 2. ll. seqb. ff. de rebus aut h. iud. poss. nou. 97. S. his conseq. iuncta lege interdum 5. ff. qui potiores in pig.

Quaest.

110 Hoc autem praelationis ius, mulieri tantum & eius liberis, ex eodem matrimonio descendentibus, item nepotibus atque pronepotibus competit, a non verò liberis alterius matrimonij datur, b. a) d. l. assiduis S. ad haec omnia. vers. & ideò. C. qui potiores in pig. Cont. Accurs. & Salicet. b) l. 1. C. de priuilegijs Fisci l. dabimus 19. ff. de rebus. aut iud. pos.

111 Quod si verò mulier & Fiscus concurrant, qui prior est tempore, potior est iure l. 2. C. de priuileg. Fisc.

112 Tertio is qui ad rem rescipiendam vel conseruandam credidit, et si tempore posterior est, ex causa tamē prioribus creditoribus omnibus praefertur l. interdum 5. cum l. seq. ff. qui poti. in pig.

113 Ut autem hoc ius competat, tria requiruntur. 1. ut nominatim in rem rescipiendam, sit creditum. a. 2. Ut credita pecunia in rem sit impensa

impensa

impensa. b. 3. Ut creditori expressè res ea obligata sit pignori c. 2) l. interdum ff. qui poti. in pig. l. qui nauem. 26. l. quod quis ff. de rebus auct. iud. poss. b) d. l. interdum. c) nou. 97. c. 3. l. licet 7. C. qui pot. in pig. l. quamuis 17. C. de pign.

114 Quartò reliquis creditoribus praefertur is cuius pecunia res empta est, & statim specialiter obligata, ob duplicem contractum. d. l. licet 7. l. legem 10. ff. de pactis l. 9. C. qui potiores in pign.

115 Quintò, prior etiam habetur pupillus, in re ex ipsius nummis comparata: quia illi tacitè obligata intelligitur l. pen. C. de seru. pign. dat.

116 Sextò, impense quoq; funerum, omne creditum praecedunt, propter publicam vtilitatem, ne insepulta relinquerentur cadauera l. penult. l. 43. sunt persona ff. derel. & sumt. fun. l. 4. C. de pet. hered.

117 Et hoc quidem aded verum est, ut ne quidem à dote, a. vel expresso pignore b. funerum impensa vincantur a) l. ideòq; 19. ff. de relig. & sumt. fun. & d. l. pen. b) d. l. etsi 14. S. i. ff. d. t.

118 Septimò sumtus medicis & pharmacopolis praestandi, vel in testamento insinuationem, vel inuentarij confectionem &c. ante omnia soluendi sunt l. in rest. 4. C. de pet. hered. l. 3. C. de relig. & sumtib. fun. l. vlt. S. in computatione C. de iure deliberandi.

119 Vltimò creditores qui hypothecam ex publicis instrumentis vendicant, praferuntur ijs qui producunt priuata instrumenta, licet vetustiora, cum haec sint illis magis suspecta. l. pen. C. qui pot. in pig. l. instrumenta. 5. cum leg. seq. C. de probat.

120 Liberatur pignus praecipuè duobus modis, solutione. a. & satisfactione. b. a) l. 49. solutum. De solut. b) l. 8. in pr. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. solu.

121 Quod si tamen creditor pecuniam oblatam planè reijciat, durat adhuc pignus. a. nisi debitor pecuniam testatò oblatam obsignet, & solenniter in publicum locum deponat b. a) in pr. Inst. quib. mod. toll. obl. b) l. vlt. C. de pign. act. l. acceptam. 19. C. de vsuris l. si prius 8. C. de dist. pign. l. obsignatione 9. C. de solut.

122 Offerre autem pecuniam non potest, nisi qui vel rei dominium, vel pignus, vel possessionem habet l. nulla 5. C. de solut.

123 Satis fit autem creditori vel de sorte vel de pignore, & de sorte quidè vel ipso iure, per nouationè voluntariã acceptilationem, & si aliud

pro

De dssolutione pignoris.

pro alia accipiatur. a) vel per exceptionem, si creditor paciscatur à debi-
tore, vel si ei Iusiurandum deferat. b. a) l. si rem alienam 9. S. 1. vlt. ff. de
pign. act. l. nouatione 18. ff. de nouat. l. solutum. 11. S. vers. idemq̄. ff. de
pign. act. b) l. soluitur 5. in fin. ff. quibus modis. pign. vel hypoth. solu.

124 Et quia accessiones sine principali non consistunt. a. generali-
ter liberantur pignora, quocunq̄ modo debitor obligatione principali li-
beratur. b. a) l. cum princip. 177. ff. R. I. b) l. in omnibus 43. ff. de
solut.

125 De pignore creditori satisfit, cum vel alia pignora vel fideius-
sores pro hypotheca obligata dantur: a. aut cum ipse à pignore discedit,
vel venditione. b. vel remissione expressa vel tacita c. a) l. soluitur 5. S.
si conuenerit ff. quib. mod. pign. solu. l. rem alienam 5. omnis ff. de pign.
act. l. si cum venditor 60. ff. de evict. c) l. 2. C. de pactu l.
creditor. 7. C. de remiss. pign.

F I N I S.



Datum de

Lined writing area on the left page of the manuscript.

Lined writing area on the right page of the manuscript, featuring a faint rectangular box outline.

